

*ligatis eum. Johan. 26. v. 2. Proba me Domine, & tenta me: ure renes
 meos & cor meum. Diabolo, qui καὶ ἐξοχλῆν dicitur Tentator Matth. 4.
 v. 3. πειράζων, 1. Thes. 3. v. 5. Luca 22. v. 31. Iohan. 13. v. 2. Act. 5. v. 3.
 Denique hominibus, ut constat de Regina Aultri, 1. Reg. 10. vers. 2.
 Matth. 12. v. 38. & cap. 19. v. 3. & generatim sive in præcisione nihil aliud
 notat, quam sumptionem Experimenti de eo, quod tentatur, ma-
 terialiter verò & in applicatione dicit vel Explorationem rei occultæ &
 ignotæ, atque incertæ Ebraeor. 11. v. 29. vel Eliquationem occulti, ut
 etiam in lucem productum aliis innotescat, quo sensu usurpatur hæc vox
 Gen. 22. v. 1. 12. Denique Illicitum & persuasionem, 1. Thessal. 3. v. 5.
 cumque hominibus tribuitur tentatio, convenit illis vel in ordine ad
 alios homines, de quâ tentatione Theologi agunt in materia de Tenta-
 tionibus, vel in ordine ad DEUM, dubitando, vel de potentia illius,
 Num. 14. v. 22. vel de Providentia & Voluntate illius, Psal. 78. v. 11. 12.
 18. 19. vel de Justitia, Malach. 3. v. 8. vel de Patientia & Longanimitate,
 Rom. 2. v. 3. & 4. præsumendo aliquid citra revelationem, vel ultra præ-
 ter & extra vires, Mediorumque necessariam præsentiam, Matth. 4.
 v. 6. 7. Denique imponendo aliquid, quod DEUS non imposuit, quod
 non requirit de manibus nostris, non Humeris nostris intendit, de quo
 Act. 15. v. 10. quanquam alii illud referant ad primum membrum, quo du-
 bitatur de Sapientia DEI, atque homo sese illi opponit nasutus, plus sibi
 & suæ opinioni tribuens, quam Sapientiæ & perspicaciæ infinitæ. De quo
 genere Tentationis alibi agitur. In casu autem proposito nobis non est
 Questio de quacunque Tentatione, quatenus dicit Explorationem ex-
 perimentalem, & vel ad probationem vel paternam castigationem, vel
 Afflictiones medicas sive crucem referri potest, sed de Tentatione ad
 Malum, quo sensu nullo modo nec per se, nec per accidens enunciari de
 DEO posse planum est, Primò ex Scriptura. Nemo tentatus dicat, quod
 à DEO tenterur: DEUS enim est ἀπειραστος κακῶν, tentat autem ne-
 minem, inquit Jacobus cap. 1. v. 13. Secundò ex Patribus. Rectissimè
 Augustinus Sermone XI. de verbis Domini. Est Tentatio adducens pec-
 catum, quâ DEUS neminem tentat, & est Tentatio probans fidem,
 quâ & Deus dignatur tentare. Tertiò ex sanâ Ratione, si enim Deus nulla
 ratione est causa peccati, si ipsi Gentiles ex Lumine Naturæ tantum per-
 spexerunt, DEUM non operari malum, incitare hominem ad devia, de
 quo vide Platonem lib. 2. Politicorum circa finem scribentem: κακῶν δε-
 κειπτον Φάναι Θεὸν πινὲ γίγνεται: ἀγαθὸν ὄντα ἀγαμικετίον παντὶ τρέ-
 ψω,*

iiiiiii 3

πω,